

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Vita brevis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A quantunt, alii breves, alii positos à Deo dies in mensura digitorum iv. ajunt: alii palmi longitudine constitutos dies, alii pugilares dies datos, atque ii minima etiam mensura mentionem faciunt. Paraphrasti: *velut in digitis numerosos habere paucissimos dies meos*: Sed illud, *velut in digitis numeris nihil ad rem*: de mensura enim hic est sermo. Quare vulgata traditio, commenfurabiles habet, sed sensum non exprimit integrum της παλαιστης: quare id forte melius quod ex Adamantio concidere possumus, si legamus, *Ecco quam breves admodum posuisti dies meos*, quippe cum quatuor digitorum mensura brevis admodum sit, ac perinde vita nostra brevitatem significet. Hinc clamat Jobes: *Nihil enim sunt dies mei*. Ut misum faciamus Hippocratem, vitam quidem *Job. 7. cap.* brevem, artem vero longam esse conquerentem, & quae multa in hanc sententiam dici possent. Eu-  
thyminus quoque palæstam quatuor digitorum conjunctione fieri, spithameque tertiam esse par-  
tem dicit, ac perinde minimam omnino mensuram, eoque nomine paucitatem dierum, quos vivi-  
mus, intelligi. Sed quoniam id nomen λόγος πάλης deduci possit, interpretari etiam posse dicit Contentiosos, seu laboriosos dies, hoc est, lucidae pugnaeque plenos: in lucta enim labore ac con-  
tentione multa utinam. Ideo vero Dori nomine mensuram eam appellari dicunt, quod eorum plu-  
rima quæ donantur (id enim est vocabuli significatum) ab eodem digitorum loco amittantur, quo  
παλαιστης constat, à quatuor quippe digitis. Plinius antiquos ait Græcos vocasse δωεγν, quem nos Sic Οερό-  
palnum. Vitruvius quoque, quem nos palnum δωεγν ait à Græcis dici, quod mumerum datio Gra-  
ce δωεγν appellatur. Id autem semper per manus geri.  
*palma por-*  
*retta, & in-*  
*terfiliū in-*  
*ter palmam*

## ΔΟΧΜΗ. CAP. XXXVI.

Dochme dimensio est decem digitorum. Sunt tamen qui δοχμὴn mensuram eandem esse pu-  
tent cum Doro: quatuor quippe digitorum in exorrecta manu cohærentium ita ut δοχμαὶ *porrectam* & extre-  
mum usque pollicem occupamus. Plinio libro vii, cap. altero, ubi de Pygmæorum statura lo-  
quitur, ternas eos spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedere dicit. Dodran-  
tem posuit Plinius ratione pedis habita, ex quo si dematur quadrans, reliqui erunt digiti duodecim, *Hinc illud*  
eaque pars qua tribus constat quadrandibus, Dodrans nimurum appellatur. Frontinus spithamam *Diogenianū*  
etiam Sextantem dici scribit, habereq; palmos tres, uncias novem, digitos duodecim.  
*Σπιθαμὴn*  
*δοχμὴn*  
*spithama vi-*  
*tæ.*

## ΣΠΙΘΑΜΗ. CAP. XXXVII.

Σπιθαμὴn omnino duodecim est digitorum: quippe quod à digiti auricularis ungue ad extre-  
mum usque pollicem occupamus. Plinio libro vii, cap. altero, ubi de Pygmæorum statura lo-  
quitur, ternas eos spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedere dicit. Dodran-  
tem posuit Plinius ratione pedis habita, ex quo si dematur quadrans, reliqui erunt digiti duodecim, *Hinc illud*  
eaque pars qua tribus constat quadrandibus, Dodrans nimurum appellatur. Frontinus spithamam *Diogenianū*  
etiam Sextantem dici scribit, habereq; palmos tres, uncias novem, digitos duodecim.  
*Σπιθαμὴn*  
*δοχμὴn*  
*spithama vi-*  
*tæ.*

## DEUS. CAP. XXXVIII.

Adducit hæc rerum series in memoriam id, quod Prophetæ, plurimum hieroglyphico, si non  
characteri, idiomate certè hieroglyphicis perquam simili utentes, Deum appellatione Spitha-  
ma vocarunt, penes quem scilicet sit rerum omnium facultas, supremaq; authoritas: manu paſla  
propemodum occupata, qua singula ordine tenoreq; certo temperatur ac moderatur, neque non fines  
æquis terminis distributos, dimensionesq; omnibus, quæ in universo mundo sunt, rebus lege sua  
dipartitur. Moris enim est oblatarum rerum magnitudinem spithamis, quæ nobis promptuaria est  
mensura, dimentiri. Quod vero dictum de omnipotentia Dei, sufficiat unus ex quadragesimo cap.  
Esaie locus: *Quis mensura est pugillo aquas, & calum palmo ponderavit?* & quæ sequuntur. Ubi Hiero-  
nymus: *Quod autem pugillum vocat & palnum, humanæ consuetudinis verbis utitur, atq; mensuria, ut*  
*Dei potentiam per nostra verba discamus.* Et paulo post *αὐτὸν* autem, hoc est, palmus, extensam  
significat manum à pollice usque ad extremum digitum. Quæ vero ibidem posita sunt de lichano  
gultatore, ut idem interpretatur digito, ac perinde minimo, ali viderint.

## VITA BREVIS. CAP. XXXIX.

In Spithama autem, ut superius dictum, vita brevis hieroglyphicū habetur, quod à Græcis autho-  
ribus positum est, ut minimum vita spatiolum mensuræ ejusmodi paxitate significaretur, usurpa-  
turque

usurpaturque plurimum ad uniuscujusque rei brevitatem indicandam, praesertim ubi in pa-  
milliones cavillum vertitur, ut de Pygmæis dictum, quos in derisum Trispithamos scurrilo-  
cant.

## PES. CAP. XL.

Pes nemine discrepante digitis constat sexdecim, quare qui scribunt eum palmis quatuor confi-  
palman accipiunt, ut Vitruvius τὸ δῶρον. Dividitur vero hujusmodi dimensio in uncias du-  
decim: & est sexta pars altitudinis in humano corpore. Frontinus pedem ita describit ut cum di-  
cat habere palmos quatuor, uncias duodecim, digitos sedecim.

## CUBITUS. CAP. XLI.

*Quibus con-  
fet cubitus  
pollux ta-  
men medi-  
un manus  
digitum  
xal. pū-  
yava po-  
cat.*

Cubiti quoque ratio ideo varia est, quia palmus varie accipitur. Nam qui duobus eum constat  
palmis dicunt, digitos omnino quatuor & viginti commemorant, dum cubiti spatium id esse  
dicunt, quod ab extremis unguibus in medium brachii angulum protenditur. Id nimurum sequi-  
pedale est, & Græcis Pygon dicitur, unde Pygmæi Eustathio. Ita palmi illi duo prototidem do-  
drantibus accipiuntur. Neque diversus erit a Nypso & alii Vitruvius, qui cubitum sensis more suo  
palmis dimetitur, cum duci procul palmos quatuor quemque digitis porrexerit. Cubitum pictoris  
quartam corporis nostri partem esse volunt. Apud Herodotum cubitum invenias viginti digito-  
rum tantum, differreque ab eo qui dicitur μῆχας: de quo videris apud Suidam. Est etiam cubitus  
regius, qui major est communis tribus digitis, de quo idem Herodotus primo. Est & cubitus geo-  
metricus, qui dimensione una sex cubitos ē nostris æquat, ut Origenes & Augustinus testa-  
runt.

## TEMPERANTIA. CAP. XLII.

Hieroglyphicum vero cubiti una cum frano manu prætento, temperantiam praefert, unde  
Nemeseos simulacrum insignibus his conspicuum habeant, cujus hec erat inscriptio:

Ηέμεστος περιλέγει τῷ πήχει τῷ στέχαλινο,  
Μήτ' αἰματοφύτη ποιεῖν μήτ' ἀχαλίνα λέγειν.  
Illa manus cubitum ostentat, gerit altera frenum:  
Illa, modum serva: hec admonet, os cohibe.

## DELICIOSUS. CAP. XLIII.

*Ezech. c.3.  
Mystica cu-  
ti signifi-  
catio.*

Sunt qui deliciosum molliculumque hominem, ne hie-  
roglyphica hæc elabantur, ex cubito cervicali innixu no-  
tent. Signum inquit Adamantius, mihi videtur, voluptatis  
carneæ sub cubito manuum cervicali assutum sumptum id  
ex Ezechiele, qui dicit: *Va iis qui affiunt cervicalia sub  
omni cubito manum:* nimurum eos intelligens, qui pro-  
pter animi corporisque mollitiem à virili recedunt fortitu-  
dine, & nequierer effeminentur. Forsan autem, addit.,  
Adamantius, sermo divinus per hujusmodi figuram & ar-  
gumentum eos culpat magistros, qui per vaniloquentiam  
& falsæ beatitudinis promissiones (quod nostro, quippe  
corrupto tempore, supra modum invaluit) multitudinem  
audientium libidini, vitiis voluptatique summittunt. Addit  
etiam Prophetæ, de capitis velamine quædam, quoniam his præcipue temporibus valde suspecta  
sunt, consulo præteribimus: qua si quis curiosius appetierit, ejusdem Origenis homiliam legat  
in Ezechiem tertiam, deque temporum nostrorum proceribus dicta omnia interpretabitur.

## GRADUS. CAP. XLIV.

Gradus, quem alli Gressum dicere malunt, & Graci τὸ βῆμα appellant, uno constat cubito &  
pede: quod spatium tantumdem est ac pedes duo & semis, vel digiti quadraginta.

PAS.

